



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 2. Silentij laudes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

ratio discernendi: sub quo Domino laboratis, agnoscitis. Fortè videtis & præmia; nec fortè ignoratis, quid à vobis exactor improbus exegit; qualia sunt præmia, quæ speratis. Sim. Cass. l. 7. c. 22.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum &c. Matth. 16. 24. Vide, quomodo nullam his verbis necessitatem imponat: non enim dixit, si veletis, si ve noliis, hoc vobis ferendum est. Sed quomodo? *Si quis vult venire post me.* Non afferò vim, non cogo; sed quemlibet dominum voluntatis suæ constituo: eà de causà dico, *si quis vult.* S. Chrysost. orat. de ador. Crucis.

Si vis ad vitam ingredi. Matth. 19. 17. *Si quis vult post me venire.* Matth. 16. 24. *Si quis voluerit voluntatem ejus facere.* Joan. 7. 17. S. Hieron. ep. 25. non tibi imponitur necessitas; ut voluntas præmium consequatur.

Nihil tuleritis in via; neque virgam. Luc. 9. 3. Virgam aufert, ne metum inferat. S. Ambros. l. 7. in Luc. eos emisit ad seminandam viam; qui non cogerent, sed docerent. Sed nonne Marci 6. 8. præscriptum à Christo est, *ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum?* An contrarius sibi Dominus? solvit nodum Rupertus l. 8. in Matth. ad mentem Ambrosii: virgam regum negat, virgam pastorum concedit. Velloso in Judith 2. 4.

Vos sanus fieri? Joan. 5. 6. Cur eum interrogat? non quia de ejus dubitaret voluntate; sed ut ejus aliquomodo excitaret arbitrium; & ad tantum beneficium recipiendum disponderet. Significat Dominus, se arbitrio hominis liberò uti in salute conferenda. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 5. sect. 2. §. 1.

Nunquid & vos vultis abire? Joan. 6. 68. q. d. Meum fuit vos recipere venientes; venire vestrum: meum retinere Discipulos; vestrum est, manere penes Doctorem; aut abire liberi, ut venistis. Non cogo, non aufero libertatem: vidistis, quæ feci; audistis, quæ dixi. Sim. Cass. l. 11. c. 20.

Si quis sitit, veniat ad me. Joan. 7. 37. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt, justitiam.* Matth. 5. 6. Auth. Imp. op. esurire, & sitire justitiam, est desiderare justitiam Dei: ut, si faciant homines justitiam Dei, si ve audiant; non quasi inviti audiant, vel faciant, justitiam Dei; sed ex desiderio cordis: quoniam omne bonum, quod non ex amore ipsius boni faciunt homines, ingratum est ante Deum. Unde Dominus per Joannem, non omnes simpliciter vocabat ad potum, sed tantummodo sitientes.

De Virginibus ait Apostolus, *præceptum Domini non habeo.* Cur? quia & ipse, ut esset virgo, non fuit imperii, sed propriæ voluntatis. Quare ergo non habet Domini de virginitate præceptum? quia majoris est mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia si fuisset virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablata: & durissimum erat, contra naturam cogere; angelorumque vitam ab hominibus extorquere. S. Hieron. ep. 22. de custod. virg. ad Eustochium.

Quidquid sit necessitate, citò solvitur: quod voluntate arripitur, perseverat. Idem in Osee 7.

Quod sponte non fit, non etiam durable est: illorum fluminum, & arborum, instar; quæ vi retinentur. S. Gregor. Naz. or. 6. de Spirit. Sancto.

TITULUS XXIII. SILENTIUM.

§. I.

Symbola.

Sepulchrum patens est guttur eorum. Pl. 5. 11. Taciturni, sunt sepulchrum Christi, cui advolvunt ingentem lapidem. Sanct. Ambros. l. 10. in Luc. quicumque in se bene humaverit Christum, diligenter custodiet eum, ne perdat; neve perfidiæ sit ingressus. Pinna Ethol. 91.

Hortus conclusus soror mea. Cant. 4. 12. Hic hortus conclusus est serà silentii. Cogitationum terrenarum multitudo, si hortum hunc irruerit, bestialiter conculcat. Rich. à S. Vict. c. 29. in Cant.

Faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 19. Eos homines maxime Apostolici viri piscantur, qui silentium colunt: garrientes difficilè ad pietatem trahuntur. Pinna Ethol. 272.

Pythagoræ discipuli, ob silentium, pisces in honore habebant. Unde Plutarchus in symposiacis, Pythagoricos ait à piscium esu abstinuisse. Polyanth. Sacr. Tom. II.

ex reverentia; quòd hos quasi disciplinæ suæ domesticos agnoscerent. Cornelius in Eccl. 41. 26.

Altissima quæque flumina minimò sonò labuntur. Cornelius Comment. in Il. 8. fluvii, qui placide, & silenter, fluunt, sunt profundissimi: ita corda silentium profunda sunt sapientiæ.

Flumen. Lem: *Mutum, sed altum.* Curtius l. 7. altissima quæque flumina minimò sonò labi. Picinelli Græves volantes cum injecto in os lapillo. Lem: *Tuta silentia.* Masenius.

§. II.

Silentii laudes.

Post hæc aperuit os suum. Job. 3. 1. Septem diebus taciturnus. S. Basilus in regulis fustius disputatis c. 13. vocat silentium, gymnasium bene loquendi.

Os suum aperuit sapientiæ. Prov. 31. 26. Vox aperuit notat, eam clausum habere os, & obsignatum silentiò; quod nil, nisi clavis sapientiæ

N a n n a

pienitæ

pietiae referet. Rursum tō aperuit sapientiae, innuit, sapientiam habitare in corde ejus; illudque quasi animare movere, & regere: ut non tam virago, quam sapientia ipsa per os ejus loqui, & per manus ejus operari videatur. Itā S. Mechthildis adeo recte servavit silentium, ut eam mutam putares. Sin loqueretur; tantā id gratiā faciebat; ut cum angelo colloqui existimaret, ait Engelhardus in ejus vita c. 5. Cornelius hic.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3. 7. Hugo à S. Viçt. instit. mor. c. 16. Non ait Salomon, tempus loquendi, & tempus tacendi; sed, tempus tacendi, & tempus loquendi: quia prius in silentio forma loquendi sumitur; quā postmodum loquendi tempore in voce teneatur.

Loquebatur recte. Marci 7. 35. Muti lingua sanata loquebatur recte: mutum silentium linguam in bonos solvit sermones. S. Gregor. l. 30. in Job: ille scit recte dicere, qui ordinate novit tacere. Hac arte probatur vox illa clamantis in deserto. Ut enim munus vocis praecursor Domini inculpabiliter exercere posset; non aliter, quam silentii beneficio, in lucem, prodiit. Luc. 1. 20. *eris tacens, & non poteris loqui.* Et mater ejus Elisabeth continebat se mensibus quinque. Baeza t. 2. l. 10. c. 9. §. 6. Priori loco collocatum est tempus tacendi; & post silentium dedit tempus loquendi. S. Gregor. Nyss. hom. 8. in Ecclesiasten.

Solutum est vinculum linguae ejus, & loquebatur recte. ib. Post ligatam diu linguam, ipsa soluta, mutus recte loquitur: nec enim recte loquisciet, qui non scivit tacere. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 7. sect. 4. Obl. 1.

Ecce eris tacens, & non poteris loqui. Luc. 1. 20. Pater tacet ex poena. ô quantō silentiō, vox nascitur! ô quantā taciturnitate tuba saeculis inclamatura generatur! Nōtēnt maximē Religiosi, quod vates, mutes existens, vocem Domini, id est, Joannem generavit: ut significaretur; quā sit proficuum silentium. Diez. S. Joannes. Non vacat à mysterio, quod mutus pater Joannem genuit, qui vox clamantis fuit: semper enim melius vox in silentio generatur; & spiritualis otii quiete sapientia foris proferenda percipitur. Galfridus lib. allegoriar. sup. Luc.

Ille loqui veraciter novit, qui prius bene tacere didicerit: quasi enim quoddam nutrimentum est verbi, censura silentii. Hinc etiam per Salomonem dicitur: *tempus tacendi, & tempus loquendi.* Eccl. 3. Non enim ait, tempus loquendi & tempus tacendi sed prius tacendi praemittit tempus, & postmodum subdit loquendi: quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui discere. S. Gregor. hom. 11. in c. 3. Ezech. Mea certē sententiā: qui didicerunt loqui, etiam silere didicerunt. Philo lib. de silentio.

§. III.

Silentium sapientiae amicum.

Ecce Magi. Matth. 2. 1. Magi, id est, sapientes; ut exponit S. Anselmus, S. Thom. Beda. S. verò Basilius orat. de Chr. ortu: *silentes* vocat: quia Philolophi olim ab hominum conversatione vivebant separati. Sylveira hic c. 4.

Non est aeternae sapientiae verus amator, qui procaciter loquitur, S. Laur. Just. discipl. monast. perfect. c. 15.

Quā speciosa, quamque opportuna, & accommodata est nobis virtus silentii: aliud prorsus nihil, quā sapientissimarum cogitationum mater. S. Antiochus Abb. hom. 103.

Sapientiae est plena res opportunum silentium, omnique praestantior sermone. Plutarch. de instit. liber.

§. IV.

Silentium orationi, & contemplationi, amicum.

Malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo cum edificaretur. 3. Reg. 6. 7. Dum strepitus humani cessat alloqui, constituitur in te per silentium templum Spiritus Sancti. Templum quippe Dei per silentium crescit. B. Petrus Dam. l. 7. ep. 6.

Sedebit solitarius & tacebit: quia levavit se super se. Thir. 3. 28. Solitarius, dum tacet, se elevat super se: quia mens humana, dum intra silentii claustra undique circumcluditur, in superiora sublimis erigitur; ad caelum per coeleste desiderium rapitur; & in amore ejus per amoris spiritum inflammatur. Idem ibid.

Factum est autem post haec verba fere dies octo; & assumpsit Petrus & Jacobum &c. Luc. 9. 28. Ut magis taciturnus, & silere valentes. Theophylactus hic.

Tacentes, & orantes, Dominus ut plurimum visitare dignatur. S. Laurent. Just. de discipl. monast. c. 15. Tacentibus hominibus, loquitur Deus. Sim. Cast. l. 4. in Matth.

§. V.

Amantes silentii.

A Cepsemas sexaginta annis domunculā inclusus, non visus, neminem videns, nec loquens, per exiguum fossam alimentum accipiens. B. Theodoretus histor. PP.

S. Flavianus Anachoreta cellulae inclusus fuit sexaginta annis, neminem videns, cum nemine loquens. Bollandus 16. Febr.

§. VI.

Alia motiva.

Tardus autem ad loquendum. Jacobi 1. 19. Deus ipse per aeterna saecula, in sua sapientia, & contemplanda, & fruendā, conquievit: & tardē, purā initio Mundi, & temporis,